

**www.e-rara.ch**

**Biblia Veteris ac Novi Testamenti**

**Pagnini, Sante**

**Basileae, 1564**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Prophetia Nahum, [...]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## CAPVT VII.

1 Impiorum multitudinem & vere priorū luget paucitatem. 5 Contra veritatem ne propinquissimis quidē acquiescendum. 7 Sūa in Deum fiduciam ostendit in persona sanctorū. 14 Ecclesie prosperitas. 18 Spe promissionum Dei, ipsam confirmat.

1 **V**æ mihi, quia fui tanquam collectiones fructus æstatis, sicut racemi vindemiæ: nō est botrus ad comedendum, primitiua desiderauit anima mea.

2 Periit misericors è terra, & rectus inter homines non est: vniuersi sanguini insidiatur, quisque fratrem suum venatur reti.

3 Pro malo quod est præ manibus, vt perficiant illud, princeps postulat, iudexq; iudicat propter retributionem, & magnus loquitur perditionem animæ suæ, & corroborant illam.

4 Optimus eorum est vt paliurus, rectissimus illorum asperior sepe spinarū: dies tamen uenit speculatorum tuorum: nam uisitatio tua uenit: nūc erit desolatio eorum.

5 Ne credatis amico, & ne cōfidatis in maiore natu fratre: ab ea que dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui.

B 6 Quia filius vituperat patrem, filia insurgit in matrem suam, nurus in socrū suam: inimici viri, domestici eius.

7 Ego autem ad Iehouam aspiciam, expectabo Deum salutis meæ, audiet me Deus meus.

8 Ne læteris inimica mea propter me quod ceciderim, surgam: si sedero in tenebris, Iehouáh lux mea erit.

9 Iram Iehouæ ferā, quoniā peccaui ei: donec iudicet causam meam, & faciat iudicium meū: educet me in lucem, videbo iustitiam eius.

10 Et aspiciet inimica mea, & operiet eā pudor,

quæ dicebat ad me, Vbi est Iehouáh Deus tuus? oculi mei videbunt in ea: nunc erit in conculcationem velut lutum platearum.

11 Die qua ædificabit Dominus macerias tuas, die illa elongabitur a te statutum: C

12 Die inquam illa: & usque ad te tamen ueniet hostis de Assūr, & usque ad vrbes munitas, & ab vrbe munita usque ad Flumen, & Mare Occidentale, & Har montem.

13 Et erit terra in desolationem cum habitatoribus suis, propter fructum operum suorum.

14 Pasce populum tuum virga tua, gregem hereditatis tuæ habitatem solum, in sylua perinde atque in medio Charmel: pascant Bawfān & Gilyād, iuxta dies antiquos.

15 Iuxta diēs egressionis tuæ è terra Misraim, ostendam ei mirabilia. D

16 Videbunt Gentes, & pudore afficientur ab omni fortitudine sua: ponet manum super os, aures eorum obsurdescent.

17 Lingent puluerem sicut serpens, sicut reptilia terræ, commouebuntur à clausuris suis, à Iehouáh Deo nostro formidabunt, & timebunt sibi à te. D

18 Quis Deus similis tui, parcens iniquitati, & transiens super preuaricationem reliquiarum hereditatis suæ? non retinet in seculum iram suam: quoniam diligit misericordiam. Act. 10. 8. 43

19 Reuertetur, miserebitur nostri, subiiciet iniquitates nostras, & proiciet in profunda maris omnia peccata nostra.

20 Dabis veritatem ipsi Iayacób, misericordiam ipsi Abraham, quam iurasti Patribus nostris à diebus antiquis.

## Prophetia Nahum, Hebraicè נחום

## NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

## CAPVT I.

1 Predicat Nahum Dei vindictam in Assyrios, & bonitatem in Iudeos. 13 Liberationem ab Assyriis promittit.

1 **P**ROPHETIA NINEUH: Liber visionis Nanhū & Elcowsai. C

2 Deus zelotes, & vlciscens Iehouáh, vltor inquam Iehouáh: & habes iram, vlciscitur enim se Iehouáh de hostibus suis, & iram referuans inimicis suis.

3 Iehouáh longanimis, & magnus potentia, & tamen mundando non mundabit impios: Iehouæ in tempestate & turbine est via, & nubes puluis pedum eius.

B 4 Qui increpat mare, & exiccat illud, omnia quoque flumina ficcare solet: desolatus est Bawfān & Charmel, & flos Lebanon desolatus est.

5 Montes tremuerunt ab eo, & colles dissoluerunt se, exusta que est terra à facie eius, ac orbis, & omnes habitantes in eo.

6 Ante iram eius quis consistet? & quis stabit

in ira furoris eius? ira eius effusa est sicut ignis, & petrae con fractæ sunt ab eo.

7 Bonus Dominus, fortitudo in die angustie, & agnoscens sperantes in ipso.

8 Verum in inundatione transeunte consumptionem faciet loci eius, & inimicos ipsius persequentur tenebræ.

9 Quid cogitabitis contra Dominum? consumptionem ipse facit: non consurget bis angustia.

10 Quia uenient usque ad spinas perplexas, & ad ebrios quum inebriati fuerint: confumentur velut stipula ariditate plena.

11 Ex te egressus est qui contra Iehouam cogitat, malum: qui consulit consilium impium.

12 Sic dixit Iehouáh, Etiam si pacifici fuerint, & ira multi, attamen ardentur, ac præteribit: D  
& quanuis afflixerim te per eos, non affligam te vltiã.

13 Nunc enim conteram iugum eius à te, & vincula tua dirumpam.

14 Præcipiet autem de te Iehouáh, non remanebit semen nominis tui amplius: de domo dei tui succidere faciam sculptile & conflatile, nam ponam sepulchrum tuum ibi, quia despectus fuisti.

15 Ecce super montes ipsos sunt pedes euangelizantis Esa. 42. 6. 7

Rom. 10. c. 15

lizantis, annuntiantis pacem: celebra o Iehudáh festiuitates tuas, redde vota tua: quia non addet vltra vt transeat per te impius, totus ipse succisus est.

CAPVT II.

Victoriam Chaldeorum aduersus Assyrios describit. 11 Eorum superbiam irridet.

1 Ascendit dispersor ante faciem tuam custodi munitionem, contemplare viam, conforta lumbos, roboram potentiam valde:

2 Conuerter enim Iehonah gloriam Iayacob, sicut gloriam Iisrahel: quia euacuauerunt eos euacuatores, & propagines eorum corruperunt.

3 Clypeus fortium eius rubefactus est, viri exercitus induiti vestibus vermiculatis: in igne lapidum currus erit in die qua praeprabit sese, & abieres tremebunt.

B 4 In plateis insanient ascensores curruum, festinanter ambulabunt per plateas: aspectus eorum veluti lampades tanquam fulgura discurrent.

5 Recordabitur fortium suorum, impingent quum perrexerint, festinabunt ad murum eius, & praeprabitur operimentum.

6 Portae fluminum aperientur, & palatium dissoluetur.

7 Et Huzlab regina captiua ducta est, currum iussa est ascendere, & ancillae eius ducebant eam gementes vt columbae, percutientes pectora sua.

C 8 Et Nineueh tanquam piscina aquae, a diebus antiquis fuit: at ipsi nunc fugiunt: State, state, dicunt: & non est qui retrò aspiciat.

9 Diripite argentum, diripite aurum, non enim est finis diuitiarum: supellexeius pretiosior est omni supellectile concupiscibili.

10 Euacuabitur, & exinanietur, ac destructa erit, & cor liquefactum erit, & collisio genuum, & dolor in cunctis renibus, & facies cunctorum redigentur in nigredines.

Esaiæ 13. a. 7

D 11 Vbi est nunc habitaculum leonum, & pascuum catulorum leonum, quod se recipiebat leo, & leaena, & catuli leonis, & non erat exterrrens?

12 Leo rapiebat sufficenter catulis suis, & suffocabat leaenis suis: implebatque praeda foramina sua, & habitacula sua rapina.

13 En ego ad te, dixit Iehouah exercituum, & succendam igne fumante quadrigas tuas, leuculos quoque tuos consumet gladius, & exterminabo de terra praedam tuam, & non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.

CAPVT III.

Ninuen urbem sanguinum, evertendam praedicit. 8 Huius vastatione confirmando repetit, proposito exemplo Alexandria. 12 Vires carnis quibus inuuebatur subsannat.

Ezec. 24. c. 9

Habac. 2. c. 12

1 Vae ciuitati sanguinum, tota mendacio & rapina plena est, non recedit ab ea praeda.

2 Audietur propediem sonitus flagelli, & strepitus commotionis rotarum, atque equorum cocu-

tientium terram, & quadrigarum salrantium: Eques eriget & micantem gladium, & fulgurantem hastam, eritque multitudo interfectorum, & multitudo cadaverum: nullusque erit finis corporibus, impingentque inimici in corpora illorum.

4 Eueniet haec ei propter multitudinem fornicationum meretricis decore gratia, praeditae maleficiis, quae vendit Gentes fornicationibus suis, & populos maleficiis suis.

5 En ego ad te, dixit Iehouah exercituum, & reuelabo fimbrias tuas in facie tua, & ostendam Gentibus turpitudinem tuam, & regnis ignominiam tuam.

Esai. 47. a. 3.

B

6 Et proiciam super te abominationes, atque contumeliis afficiam te, ponamque te tanquam inquinamentum:

7 Ita vt omnes qui viderint te, elongaturi sint se a te, atque dicturi, Vastata est Nineueh: quis condolebit ei? vndenam quaram consolatores tibi?

8 Nunquid meliores ciuitate Nox, populos habente multos, quae sita est inter flumina? & aquae sunt in circuitu eius: cuius antemurale est mare: nam a mari murus eius.

9 Chus erat illi robur, & Misrahim, neque erat finis populi eius: quemadmodum Pur & Lubim fuerunt in auxilio tuo.

10 Etiam ipsa in transmigrationem abiit, & in captiuitatem, etiam paruuli eius allisi fuerunt in capite omnium platearum: & super inclutos eius proiecerunt sortem: omnesque optimates eius alligati sunt compedibus.

C

11 Tu quoque inebriaberis, eris abscondita: tu etiam quares fortitudinem propter inimicum.

12 Omnes munitiones tuae ut ficus cum primitiuis: quae si concussae fuerint, cadunt in os comedentis.

13 En populus tuus ut mulieres in medio tui: inimicis tuis aperiendo apertae sunt portae urbium terrae tuae, deuorauit enim ignis vectes tuas.

14 Aquam obsidionis hauri tibi, fortifica munitiones tuas, intra in lutum, & calca lutum, tene fornacem.

15 Illic comedet te ignis, succidet te gladius, deuorabit te tanquam bruchus: multiplica te vt bruchus, multiplica te inquam vt locusta.

16 Multiplicasti negotiatores tuos praestellis caeli, bruchus grassatus est, & auolauit.

D

17 Maiores tui sicut locustae, & principes tui sicut locustae locustarum, quae castrametantur in sepibus in die frigoris: sole exorto, elongant se, neque cognoscitur locus earum vbi fuerunt.

18 Dormitabunt pastores tui Rex Assur: requiescent fortes tui, dispergetur populus tuus super montes, nec erit qui congreget.

19 Nulla est curatio fracturae tuae, doloris plena est plaga tua: quicumque audierint famam tuam plaudent manu super te: super quem enim non transiit malicia tua iugiter?

LL 2